



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructio practica ...**

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,  
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice  
Methodum compendiarium reformationis Ecclesiasticæ à Concilio  
Tridentino factæ continente

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1679**

Proœmium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

TRACTATUS II.  
INSTITUTIONE  
THEOLOGICÆ ASCETICÆ  
COMPLECTENS.

*Proœmium.*

**Q**UID sit Theologia Ascetica, pariter et  
quæ in præfatione hujus Institutionis  
sunt, & paulò post fusiùs explicabuntur  
ter, quòd scilicet sit Scientia supernaturalis ad  
fectionem consequendam dirigens. Ex qua  
nitione facillè patet, quantopere hæc Scientia  
Pastori animarum curam gerenti conveniat,  
nim vi vocationis suæ Sapientibus æquè ac in  
tibus debitor sit, id est, non eos duntaxat,  
communem & ordinariam viam Mandatorum  
illos etiam, qui per breviorẽ & arctiorem  
Consiliorum Evangelicorum ad ultimum  
nem ac terminum tendere decreverunt, dirigere  
& manuducendos obligatus sit, hoc autem  
non possit, nisi ipse perfectam hujus viæ  
acquisierit, rectè concluditur, Scientiam hæc  
ceticam, si ulli alteri, Sacerdotibus curam gerentibus  
bus sumamopere necessariam esse. Hæc certe  
est, cur Theologi & Patres Spirituales non  
doceant, Episcopos non tantum ad Perfectam  
sectandam ad modum Religiosorum obligari.



omnino perfectos esse debere, eò quòd ad alios do-  
 cendos & manuducendos virtute sui muneris obli-  
 gentur, *omnis autem doctrina*, ut sapienter Clemens  
 Alexandrinus l. 5. Strom. advertit, *generatio quæ-*  
*dam sit, ut, quemadmodum non generantur Homines, nisi*  
*in perfectione atatis & virium; ita neque Filios Spiritua-*  
*les, nisi à perfectione virtutum nasci contingat.* Cùm  
 ergo Episcopi hoc munus Instructionis modò ple-  
 rumque non per seiplos, sed per immediatos Pasto-  
 res & Curatores animarum exerceant, clarè profe-  
 ctò liquet, hos non minùs, quàm Episcopos perfe-  
 ctos esse debere, atque ad eò & scientiam illam, quæ  
 ad perfectionem dirigit, ipsis præcipuè convenire,  
 ut de illis perinde ac de antiquo illo Pastore Jacobo  
 cum veritate dici possit, quod Salomon Sap. 10.  
 pronuntiavit: *Iustum deduxit per vias rectas, & osten-*  
*dit illi Regnum DEI, dedit illi scientiam Sanctorum, ho-*  
*restavit illum in laboribus, & complevit labores illius.*  
 Quia autem etiam hæc scientia sine Magistro non  
 addiscitur, plerique autem Authores Ascetici fusè  
 ut speculativè nimis de hac materia scripserunt,  
 deo operæ pretium me facturum existimavi, si bre-  
 ve compendium totius Scientiæ Asceticæ ad praxin  
 ordinatum offerrem, ex quo quivis hujus Scientiæ  
 discendæ cupidus clarè & ordinatè discere possit,  
 quidquid ad illam Scientiam requiritur. Divide-  
 tur autem totus hic Tractatus in quinque partes,  
 partium 1. de Theologia Ascetica in communi. 2.  
 Theologia Ascetica per viam purgativam diri-  
 gite. 3. de Theologia Ascetica per viam illumi-  
 nativam ducente. 4. de Theologia Ascetica per viam  
 manuducente. 5. denique de modo &  
 locis proficiendi in Theologia Ascetica tractabit.